


Joannis episcopi Vladislaviensis insti-  
tutio Parochianum Gedanensium.

4

In nomine Domini amen. Ad rei memoriam  
sempiternam. Aeterni Patris Filius J. C.  
cui ipse Pater vivorum et mortuorum tra-  
didit judicium, qui sedebit in solio ma-  
jestatis suae, unicuique secundum opera  
sua reddet mercedem sacro testante elo-  
quio. Terrent nos ipsius Salvatoris mi-  
praecepta plerumque iterata, ubi oves,  
quas fuisse proprio sanguine redemit et  
redemptas praecepto sancte custodiri fecit,  
inquiens Principi Apostolorum, ex cujus  
persona nos immeritum Ecclesiae nostrae  
praefecit Pastorem; pasce oves meas! In  
alio sacro elogio gravius comminando,  
de manu tua sanguinem exprocamus ejus.  
Prinde nos Joannes Dei gratia Episcopus  
Vladislaviensis, et Regni Poloniae cancella-  
rius significamus tenore presentium qui-  
bus expedit universis, quod cum inter ea,  
quae sollicitudinis nostrae jugum et onus  
pastorale jugi meditatione revolvit et depo-  
scit, illud nobis reminiscendum salutarium  
et accuratius gerendum incumbit, qualiter  
gregem Domini ex cubicis nostris creditum  
per pasua

per pascha celestis alimonie Dirigentes ad  
beate vite janua[m], ponduere valeamus.  
Attendentes igitur maturo animo probabi-  
li ratione et Divortia evidentia recenson-  
tes famose Civitatis nostre Gedanen-  
sis Diocesis nostre populosam Dilatio-  
nem, ac murorum, struaturarum, vicor[um],  
platearum, suburbiorum et aliorum ad-  
jacentium intra et extra menia ipsius  
Civitatis longe lateque et circumferencia-  
liter conmaxorum ad auctiorem et adspi-  
rante Deo multiplicationem ac amplifica-  
tionem, que ubi vidimus et experti su-  
mus glomerosam et innumerabilem a-  
nimarum multitudinem custodiae nostre  
commissarum, continet et comprehendit,  
cui etiam duo duntaxat pastores et curati  
rectores intra menia ipsius Civitatis regen-  
tes praeesse consueverunt, ipsamque populi  
magnum numerum ecclesiasticum procu-  
rare Sacramentis soliti fuerit vetusto  
more, quo cepit parvo oppiduli glutine in-  
strui et edificari. Sed mihi dolor! proat  
serenissimi Principis et domini favissimi  
Dei gratia Regis Poloniae et domini nostri  
gratiosissimi ex querela et maestra rela-  
tione ino parte Consulat[us] et totius com-  
munitatis,

munitatis dictae civitatis nostrae conscri-  
 ptas ac ejusdem Consulatibus organo no-  
 bis repetita comperimus, hominibus se-  
 cus utriusque Civitatis praefatae et mer-  
 sertim extra muros habitantibus, ini-  
 quo tunc et injusto imperio praecipiente,  
 et propagationem cultus Divini emu-  
 lationemque salutis subditorum gravia  
 pericula non intendente, ac propter pastores  
 intra mœnia incolatam perniciosam dis-  
 pendia salutis subditorum gravia peri-  
 cula, interitus et ruinae imminerebant. Et  
 uti veri similiter intelleximus magna  
 pars hominum infantium adultorum et  
 sensum absque Sacramentorum Ecclesiae  
 communione et perceptione decessit et in-  
 sperata, quod magno cum cordis suspirio  
 adjuvamus, morte est intercepta. His ergo  
 et aliis malis ex paucitate Pastorum or-  
 tis S. ordinis salubriter occurrere cultusque  
 Divini incrementum augere et populi sa-  
 luti providere gesti entes, precibusque  
 dicti Consulatibus tam justis et legitimis  
 paterno favore annuere et ipsa pericula  
 animarum abolere cupientes, prout tene-  
 mus, de consensu, voluntate et ratificatio-  
 ne ejusdem Domini nostri Regis tanquam  
 Domini



Domini naturalis Civitatis prefate ac Con-  
sulatus ejusdem, Ecclesias Parochiales;  
unam videlicet Beate Mariae virginis et  
alteram Sanctae Catharinae cum ipsarum  
fructibus, facultatibus et dotibus univer-  
sis dismembratae et in ea alias quatuor,  
unam videlicet Sancti Joannis, aliam  
Sanctae Barbarae, tertiam Beatorum  
Petri et Pauli et quartam Beati Bar-  
tholomaei Apostolorum Ecclesias dictas  
duabus videlicet beatae Mariae Virginis  
et Sanctae Catharinae novissime con-  
fron-  
taneas partiri censuimus, dimembra-  
musq; et partimur, disjungimus, distin-  
guimus, separamus et segregamus, prout  
inferius latius continetur, in vias, pla-  
teas, et contractas, ac prefatas Ecclesias  
quatuor videlicet Sanctorum Joannis,  
Barbarae, Petri et Pauli ac Bartholomaei  
eo jure Parochiali, quo prefata Beata  
Mariae virginis et Sanctae Catharinae  
gaudent, originis curatasque intitulantur,  
ac ex nunc b. Parochiales Ecclesias praed-  
ictas in ipsa Civitate et extra eandem  
ope, fore nuncupari et intitulari ac ap-  
pellari instituimus, ac nomine, jure, vo-  
cabulo, re et effectu Parochiali distinctis  
gaudere

gaudere uti et fieri volumus.  
 Sed ut oves gregis nostri predicti suad  
 ovile et Pastorem attentius proprio balata  
 tu cognoscant, et illius vocem appre  
 hendant, ac quibus qualibet Ecclesia  
 Parochialis prefato dotibus, fructibus,  
 et facultatibus propriis cessante quo  
 cunque impedimento, gaudeat et certis  
 setur inprimis Ecclesie beate Mariæ  
 Virginis, cujus plurimum indigenus  
 Patrocinio, pinguiore fructus et redditus  
 uberiores adjungimus, atque plateam  
 longam cum aliis plateis strictis ad  
 jacentibus, plateam parvam cum aliis  
 plateis attinentibus, Plateam Sancti Spi  
 ritus cum aliis plateis strictis depen  
 dentibus, plateam canum, et plateam  
 latam ab utroque latere plateis tamen  
 strictis, que inter plateam latam et Jo  
 annis plateam mediant, exceptis: insuper  
 Ecclesie Sancti Joannis Plateam Sancti  
 Joannis integrè et plenariè cum plateis  
 strictis ab utroque latere comexis, pla  
 team piscatorum cum omnibus strictis  
 et adjacentibus, item plateam Sancti  
 Tobie cum plateis strictis, item forum  
 piscium cum toto aggere à platea lata  
 usque

usque ad valvam. Interca Ecclesia S.  
Petri et Pauli totum illud, quod com-  
prehenditur et continetur in suburbio eide  
civitati contiguo, videlicet Lastadia, Pog-  
genpfuel, Wolffeshagen, Holtzgasse et  
Roosmarkt: deinceps Ecclesia Sanctae Bar-  
barae totum aggerem ab utroque latere  
incipiendo à novo fossato usque ad val-  
vam extremam cum casalibus adiacenti-  
bus vulgo Mattenbuden nuncupatis. De-  
inde Ecclesia Sanctae Catharinae plateam  
piperis ab utroque latere, item Plateam  
Sanctae Elisabeth ab utroque latere cum  
plateis strictis adiacentibus ac totum la-  
cum circa fossatum Civitatis à platea  
Sanctae Elisabeth usque ad spatium Ca-  
stri demoliti, plateamque molendini cum  
omnibus Plateis latis et strictis usque  
ad rivulum Mälwasser appellatum, item  
totum spatium Hakelwerk vocatum  
cum omnibus plateis latis et strictis, item  
plateam novorum hortorum ab utroque la-  
tere, item totum Schiddelitz et spatium  
totum Sadgrube dictum cum transitu  
atque platea circa S. Gertrudem prope  
rivulum Radunam, item totum spatium  
Hoppenbruck vulgare appellatum, item  
plateam

25.

plateam Peterstagen vocatam cum omni-  
nibus villis ad eam ab antiquo spe-  
ctantibus. Postremo Ecclesie Sancti Bar-  
tholomaei illud totum, quod comprehen-  
ditur sub spatio inchoando à Rivulo Mö-  
lenwasser nominato ascendendo usque  
ad terminos plateae piperis cum omnibus  
plateis strictis, item totam aggerem cir-  
ca rivulum Mölenwasser descendendo usque  
ad valem ab utroque latere cum omni-  
bus strictis plateis, item totam plateam  
Bomgardische Flasse dictam cum omni-  
bus strictis plateis ab utroque latere,  
item plateam Sancti Bartholomaei cum  
omnibus strictis plateis ab utroque ejus  
latere cum media platea Kallgasse  
appellata cum casalibus, et hortis apud  
Ecclesiam Corporis Domini, Ecclesia tamen  
et alia Capella Sanctae Gertrudis pro  
filia Beatae Mariae Virginis Ecclesie  
adjecta, specificamus, incorporamus, do-  
tamus, nominamus, adjungimus, amecti-  
mus devolvimus inmiscramus, attribu-  
imus et appropriamus jure Parochiali  
spectandas et pertinentes usque ad obedi-  
entiam, regimen et insolationem C. Ple-  
banorum et rectorum prefatorum ecclesiarum  
Parochialium

Parochialium distinctarum, et sicut pre-  
mittitur, partitarum et dimembratarum,  
et juxta praemissam partitionem et dis-  
membrationem sive specificationem per-  
tinere, spectare et devolvi inviolabiliter  
et perpetuo indicimus, institimus, sanc-  
imus et determinamus tenore presentium  
harum litterarum, quarum in testimo-  
nium atque fidem sigillum nostrum  
presentibus nobis est appensum. Actum  
et datum Gedani die Mercurii 28. men-  
sis Januarii, anno Domini millesimo  
quadringentesimo, quinquagesimo sexto,  
presentibus ibidem venerabilibus et hono-  
rabilibus dominis, Andrea Gorzynski Ar-  
chidiacono Calisiensi et in terris Pomera-  
niae Wladario et Vicario generali, Bene-  
dicto et Liperio in Collegio Innesensi Ca-  
nonico et Mathia de Clodau ejusdem  
domini Wladarii Commissario et aliis  
pluribus testibus circa praemissa fide-  
dignis, ac deinceps Ecclesiae praefatae Sancti  
Joannis de caetero certis respectibus in au-  
gmentum fructuum ejusdem hortum ultra  
Mottlaviam situatum Schafferey et locum  
castri demoliti adjicimus et incorporamus,  
appropriamusq' perpetuo per presentes etc.

Per manus Joannis Epi  
Notarii.